

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. IV. Æsina fideicommissi. De eadem materia testamenti nuncupativi
nuncupatione implicita, per relationem ad schedulam, super qua Notarius
coram testibus rogatum fecit, remansa deinde penes ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

DISCURSUS III.

serium resultantem ex institutione p̄se cause, in qua nemo habebat notabile interesse particolare, sine quo falsitates in tot machinationibus omitti non solent.

Et quod recognitionem, dicitur quod alia non requirunt stante publica fide Notarii, cum ipsa schedula sic effecta sit publicum instrumentum, alia verificatione non indigens, nisi probationes, vel urgentia falsitatis adminicula in contrarium opponerentur, quoniam necessitas formalis recognitionis schedula requiritur, ubi ista remanet in terminis scriptura private, juxta quatuor casus distinctos in *Romanā testamēti de Fabiis discrētione*; Secūs autem in quinto ibidem enunciato, de quo in pr̄senti, ubi scilicet ipsa schedula Notario conservanda consignata est.

Et fortius ubi servata est cautela, quæ dicitur *Fulgo* super rogitu extenso in dorso ejusdem schedula; Alio pr̄fertim convincenti justificatione concurrente, quod schedula signata erat sigillis eisdem testatoris; Licet enim considerata physica

possibilitate, omnia hæc non tollant possibilem suppositionem, quoniam Notarius eumdem rogatum repetere potest in schedula supposita, dum defiebat subscriptio testatoris, ac testium, nec non repeteret eamdem impressionem sigilli, quod venientes ab intestato dicebant de facili haberi potuisse à testatoris familiaribus in testamento intercessis ob legata ad eorum favorem facta; Sive quia ab exemplari sigillorum vera schedula, nonum sigillum construi poterat, cum quo impressiones fierent schedula supposita, ita ut impossibile sit dare omnimodam certitudinem contrariae possibilis exclusivam; Nihilominus tanta machinatio presumenda non est, neque cessantibus urgentibus adminiculis, admenda est Notarii fides à lege, ac à testatore probata. Ad abundantiorē tamē cautelam, omnemque difficultatem tollendam, mandavit Rota, quod idem Lælius Laurus adhuc vivens proprium characterem recognoscere, & an ea schedula, quæ per Notarium exhibita erat, esset eadem, quam ipse de ordine testatoris conscriperat, prout sequutum fuit.

Siluit à dicto tempore causa usque ad annum 1651. quando idem ab intestato venientes eam reassumpserunt coram Verospio subrogato in locum Coccini interim defuncti, coram quo dato dubio, an esset standum, vel recedendum à decisio, in hoc statu per dictos hæredes testamentarios ad eorum defensionem assumptus fui, (cum de tempore priorum decisionum esse Neapoli in statu scholaris); Reflectendo autem ad veritatem, atque istius tamē sensu retento, credebam decisiones prædictas, quarum fundamenta compendiosè in hac disputatione reassumpta fuerunt, esse justas, benèque fundatas ex supra insinuatis motivis, & aliis, de quibus ad instrumentum discrētum; Solumq; difficultatem faciebat assertio quorundam peritorum in arte scribendi, quod facta comparatione cum aliis scripturis prædicti Lauri scriptoris, ista schedula distonabat, ac potius videbatur manus imitata, quam vera; Atque huic suspicioni addeabantur aliæ jam dñe resulantib; ab omisla subscriptione testatoris, & testium, quodque Notarius neglexerit debito tempore prothocollare.

Potissimum autem impugnantium fundamentum confitebat in defectu Notarii, quod scilicet in Archivio matriculatus non esset, idcōque testamentum dici non posset redactum ad publicum, & validum instrumentum.

Verum lœvia erant fundamenta, quibus meritò

rejectis, sub die 8. Martii 1652. prodit resolutio præcedentium confirmatoria impress. decr. 226. par.

11. recen. cui oppositores acquieverunt, quoniam objectum deficientis potestatis de Notario, sublatum fuit cum solo facto, exhibendo privilegium; Attestationi vero peritorum nulla fides data fuit, & merito, dum idem Laurus testamenti conscriptor, ingenue schedula veritatem recognovit, atque ultra veritatis adminicula in prioribus decisionibus ponderata, accessit alterius testis fide digni depositio utpote præsentis, quando de commissione testatoris Laurus scripsit, ac involvit, & sigillavit, idcōque non fuit curatum de contrariis suspicionibus utpote levibus, cum ad effectum infringendi Notarii fidem, à lege, ac à testatore probatam, conjecturæ, vel suspiciones esse debeant urgentes, ac legis non autem hominis, ut decr. 581. num. 39. & 40. par. 4. rec. tom. 3. & sapientia in aliis.

AESINA FIDEICOMMISSI

PRO
ANTONIO GHISLERIO

CVM

ALMA DOMO LAURETANA.

Causa decisus pro Rotam per Antonio.

De eadem materia testamenti nuncupati, nuncupatione implicita, per relationem ad schedulam, super quæ Notarius coram testibus rogatum fecit, remansæ deinde penes testatorem, qui eam conservandam tradidit Religioso.

Et de aliis ad eamdem materiam, præfertim circà schedulæ aperturam, an requirat citationem venientium ab intestato.

SUMMARIUM.

- 1 **F** Acti series.
- 2 De impugnatione testamenti nuncupativi nuncupatione implicita.
- 3 Quid ubi sit tale testamenrum per instrumentum publicum super presenti schedula, quæ non remanet penes Notarium.
- 4 De circumstantiis suadentibus sinceritatem actus, & excludentibus suspicionem.
- 5 An valeat testamenrum minoris ad favorem curatorii, vel eius uxoris.
- 6 Si in rogatu dicatur schedulam esse scriptam, & subscriptam à testatore, Et reperiatur solum subscripta, an id obster validitatē testamenti.
- 7 Quid in hac materia operetur favor pia cause.
- 8 An valeat testamenrum conditum eadens die mortis præfertim dilucido.
- 9 An, & quando in apertura, & publicatione testamenti requiratur citatio venientium ab intestato.

DISC.

De LUCA
de
Testamentis
et ceteris
GVI

DISC. IV.

Julius de Amicis de anno 1594. acerbitis Notario, & septem testibus, exhibita coram eis schedula clausa, & sigillata, in ea declaravit contigeri ejus testamentum, ac ultinam voluntatem, post ejus mortem servandam; Factoque desuper rogitu in forma, eam penes se retinuit, declarando dimittere conservandam penes quemdam Religiosum ejus confessarium, qui sequuta ejus morte eam exhibuit Notario, qui recognoscendo esse eamdem sibi traditam, coram Judice, justa consuetum stylum eam aperuit; Cumque institutus esset hæres Alexander frater cum prælegato euipsum insignis ville, in qua perpetuum fidelcommisum institutum fuit, cum ordine primogenitura, durante dicti Alexandri linea, deinde alias lineas vocando ex Thoma Ghislerio viro Claricis ejus sororis, Hinc idem Alexander donec vixit, ex testamento prædicto, tam villam, quam universam hæreditatem possidere professus est, adimplendo etiam aliqua legata; Eodemque iure continuavit Franciscus ejus filius, qui decedens absque prole hæredem instituit Almam Domum Lauretanam, contra quam Antonius ex dicto Thoma descendens, judicium instituit super canonizatione dicti fideicommissi particularis ad ejus favorem; Et introducta causa in rota coram Verospio, sub die 4. Iulii 1635. affirmativa prodiit resolutio confirmata dicto Antonio tauntum informante sub die 23. Iunii 1665. Coram Cerro; Concessaque dicta Almam Domus administratoribus novâ audientiâ, & propositâ causâ sub die 22. Marci 1666. perstitum fuit in decisis.

In hac autem ultima disputatione, dicta Almam defensores, non solum impugnando fundamenta præcedentium decisionum insistebant super fideicommissi prædicti expiratione in persona Francisci, sed advertentes ad dictam circumstantiam, quod schedula testamentaria non remansisset penes Notarium, sed quod post mortem testatoris exhibita esset à quodam Religioso, cum insupportabili copia allegationum farragine, insiliebant super dicti testamenti invaliditatem, ob possibilis suppositionem alterius schedulae, transcribendo deducta per Paris. conf. 19. lib. 3. Gratian. dispens. 973. Cyriac. contr. 444. Altogr. conf. 96. lib. 2. Atque innixi præsertim auctorati Rotæ in Romana testamenti 22. M. iiii 1661. coram Taia, edita in Romana de Fabiis disc. 2. exaggerando etiam causum enarratum per Burgos de Pax, de quo Rovit. decif. 95.

Verum spretum fuit objectum, & merito, adeò ut (reflexendo etiam ad veritatem) justa videtur resolutio, dum agebatur de testamento ita condito per publicum instrumentum Notarii, cuius fidem lex, & testator probasse dicuntur, idecirque sequendam, non urgentibus contrariais probatioibus, vel urgentibus administriculis falsitatis, vel suppositionis, cum rigorose probatiores circa identitatem exiguntur, ubi schedula remansit in terminis scripturae privatae, juxta casus exemplificatos in d. disc. 2. deducendo in præsenti disputatione easdem auctoritates, & declarationes ibi deductas.

Et quamvis iste casus non caderet sub illis quinque ibi exemplificatis, ita ut tanquam mixtus, profecto computari posset, dum super schedula præsente confessum fuit publicum instrumentum, schedula vero non remansit penes Notarium de ejus fide lex adeò confidit, & sic esset casus mix-

tus participans etiam de primo ibi exemplificato, qui propriè positus est per Bart. qui est hujus forma testandi auctor, relativè scilicet ad schedulam existentem penes Guardianum S. Francisci.

Attamen in præsenti aliqua satis notabilis major circumstantia accedebat, dum schedula exhibita fuerat Notario, & testibus, atque in ejus dorso, Notarius ejus rogitudine extenderat, ex quo camdem recognovit, atque absque difficultate tanquam suum instrumentum reassumpit, ita ut haberetur, ac si penes eundem continuasset, præsertim dum interim fuerat penes eum, cuius fides per testatorum probata fuerat; Si enim, etiam in easu exemplificato per Bart. ex dicta ratione, in schedula recognitione sufficiente administricula, quamvis remaneret in terminis scripturae privatae, multò magis in præsenti quod redacta erat ad scripturam publicam, atque Notarius, cuius principaliter intererat ut proprium instrumentum ab altero non falsificaretur, illam recognovit tanquam propriam.

Clarius vero ex triplici circumstantia verè omnem difficultatem dirimente; Una scilicet resultante à dispositionis rationabilitate, ac bono ordine, ita ut intraret verisimilitudo, que in his materiis 4 maximum est, ac primarium sinceritatis administriculum, ut econversò inverisimilitudo magnam præbet falsitatis suspicitionem; Altera, dum Alexander testatoris frater in testamento scriptus hæres, cuius intererat ut portius infirmato testamento, succederet ab intestato, ut ita liberam hæreditatem obtineret, atque à substitutionum vinculis aliisque legatis, ac oneribus exemptus esset, illud non impugnavit, sed approbat, cum veritatis conscientia præsumeretur, codemque iure continuavit Franciscus filius.

Et quando istius morte sequuta, super hoc fideicommisso habita fuit prima disputatione de dicto anno 1635. & sic de tempore magis proximo, dum recentior erat memoria, haberique potenter personæ informaz, id non fuit oppositum, unde propterè omnino improbabilis remanebat hujusmodi oppositio ex sola defensorum subtilitate resultans post diuturnam testamenti prædicti observantiam per spatium annorum 75. & in qua observantia, ut dictum est, magnificandum venit tempus proximum, quando facti recens est memoria, præsertim personarum verisimiliter de illo certam informationem habentium; Et tertia quod tam de tempore confectionis, quam apertura, nullus aderat intercessus, qui hujusmodi machinationem, ac falsitatem fabricare potuisset, dum vocati, vel erant absentes, vel constituti in articulo mortis sequente die sequenti post illam testatoris, vel respectivè infantes.

In plerisque aliis forensibus controversiis, satis frequenter eamdem materiam validitatis hujusmodi de testamentorum disputavi, in quibus omnibus eadem fuerunt oppositiones, eademque responses, præsertim vero in una Casenaten. Testamentis pro Maria Altina de Santolinis, cum Nicolao, & aliis de Altinis ab intestato viventibus, ac impugnabitibus testamentum in hac forma nuncupativa nuncupatione implicita in forma publici Instrumenti conditum per Joannem Baptistam Altinum minorem, qui instituit dictam Mariam amitam uxorem Santolini ejus curatoris; Unde propterè ex duobus, venientes ab intestato hujusmodi testamentum impugnabant; Primò scilicet quia confessum per minorem ad favorem curatoris; Et secundò ob non probatam omnino certam identitatem schedulae, exclusivam possibilis falsitatis, ac

sup

Suppositionis juxta rigorosum sensum Cyriaci, & Grariani & aliorum, de quibus suprà.

Primum objectum de facili tollebatur, quia nos eramus in easu dispositionis ad favorem ipsius curatoris, sed Marie amitæ, quæ licet esset uxor curatoris, ita ut suspicari posset, ut id gestum esset in fraudem; Nihilominus dicebam hujusmodi difficultatem forsitan cadere posse, quando hæc mulier esset testatori omnino extranea, ita ut erga eam nulla ratio personalis affectionis concurreret; Secùs autem dum erat amita, & forsitan, circumscripta dispositione statutaria, attentaque illa juris communis, legitima hæresab intestato; Potissimum quia cessantibus dolis, & machinationis urgentibus inditus, neque ipsiusmet curatoris de jure prohibita est institutio, ex iis, quæ habentur infra in Romanâ hereditatis. 50.

Quoverò ad aliud objectum, illud solutum fuit cum eisdem auctoritatibus & fundamentis, de quibus suprà, & in dicto disce. 2. superfide scilicet adhibenda Notario, non elidibili per solam possibilitatem, minusque per alias suspiciones, quæ in contrarium ponderabantur ut pote leves & hominis, cum ad hunc effectum esse debeant urgentes & legis, ut decisi. 81. num. 39. & sequens. part. 4. recent. tom. 3. & sibi in precedentibus sequentibus; Potissimum dum in facto, majora & efficaciora concurrebant sinceritatis iudicia dictas suspiciones omnino suffocantia.

Illud autem aliquam inferebat difficultatem, quod in rogatu Notarii diceretur testamentum esse per testatorem scriptum & subscriptum, cuius contrarium veritas ostendebat, quod scilicet sola subscriptio testatoris concurreret, scriptura vero esset aliena manu, sed ob publicam fidem Notarii, cum adesset subscriptio, per istam dici poterat dicam assertivam verificari, quoniam scriptura per aliquem subscripta, habetur ac si ab eo scripta esset, dum à nobis fieri dicuntur, quæ ab alio de nostro manu dato sunt, atque per nostram subscriptionem approbantur, ut in his specialibus terminis habetur decisi. 263. part. 4. recent. tom. 2. num. 10. & sequens. & decisi. 581. num. 14. & sequens. eadem part. 4. tom. 3.

Et in una Ugentina pro Capitulo Terræ Specula coram Pralato Judice commissario, sublinui consimile testamentum juxta eamdem formam confessum & quadam muliere ad favorem dicti Capituli; Cum enim eadem oppositiones deducerentur pro parte venientium ab intestato, facilius sublate fuerint, stante favore pia causa duplum operationem in proposito faciente, Unam scilicet cessantis suspicionis fallitatis, dum non agebatur de alicuius privato interesse, sine quo non de facili presumenda est hujusmodi delicti perpetratio; Et alteram, quia pia causa non subjacet solemnitatibus, & rigoribus juris positivi ad text. in cap. relatum de testamentis, ut hoc titulo sibi.

Insiliebant satis oppositores in eo, quod sequitur esset testatrix obitum eadem die, qui apparerat testamenti consignationem factam esse; Verum erat leve objectum, cum unica die etiam de cem testamenti fieri possint; Et tamen Rota coram Penia decisi. 478. juxta Venetam alias 607. juxta Lingdunensem sublinuit testamentum conditum eadē die, quia testator diluculò decesserat, stante possibilitate, quod à media nocte usque ad crepusculum id commode sequi posset.

Major disputatio fuit super oppositione, quæ habebat pervenientes ab intestato, circa defactum aperturæ, & publicationis, eis prætentendibus id

fieri non posse, nisi coram Judice, citatis legitimis successoribus ab intestato ex deductis decisi. 533 n. 6. & 7. part. 4. recent. tom. 3. Sed pariter facilis fuit objecti solutio, quoniam examen testium ac citatio venientium ab intestato, & alia requisita desiderata per DD. in l. 2. ff. quemadmodum testamenta appearantur, & in l. publicati secunda Cod. de testamentis procedunt, quando agitur de testamento ordinato per viam privatam, secus autem ubi cum interventu Notarii desuper publicum Instrumentum conficiantur, tunc enim scriptura dicitur de per se publica, ideoque absque Judicis auctoritate aliisque solemnitatibus, per ipsum Notarium, adhibitis in isto actu novis testibus, tanquam per novum instrumentum super recognitionis, & apertura actu factum, ad publicationem proceditur, ut notant iidem DD. locis citatis praesertim Caffren. n. 4. bene Ias. conf. 67. num. 2. lib. 3. Rovit. alios colligens dec. 95. num. 15. atque ita passim servat praxis, licet frequentius id per Notarium fieri soleat, cum praesentia, & auctoritate Judicis absque tamen citatione venientium ab intestato, quoniam defertur publicæ fidei Notarii, quam tam lex, quam ipse testator prebarunt.

ROMANA TESTAMENTI,

S E V

L E G A T I

P R O

ALEXANDRO BANCO

C U M

JACOBO SALVUCCIO.

Casus decisus per Rotam pro Jacobo.

De eadem materia testamenti nuncupativi nuncupatione implicita, invalidi ob cessantem certitudinem schedula.

SUMMARIUM.

- 1 **Q** uod non sit superfluum, sed congruat de eadem materia pluries agere, & deratione.
- 2 **F**acti series.
- 3 **R**esolutionis causa.
- 4 **D**e materia l. hac edictali renovissim.
- 5 **Q**uale fuerit resolutionum fundamentum.
- 6 **Q**uod quandoque in decisionibus non deducantur vera fundamenta resolutionum sed alia.
- 7 **E**xpenduntur auctoritates, quæstant pro annulatione testamenti.
- 8 **Q**uando & quomodo consulentes deferendum sit.
- 9 **E**t quomodo ponderari debeant doctrina.
- 10 **D**atur simile definitionis.
- 11 **D**e applicatione ad casum.
- 12 **Falsitates & machinationes, non sunt sine magna utilitate.**
- 13 **Q**uod in materia non detur tuta veritas.

De LUCA
de
testamentis
et cœtu
GVI
9